Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



que est pietas portas tuas ¶ Nota etiam quod propter
pericula hostium vel tempestatum imminentis possunt
fructus colligi in diebus dominicis et festivis statim
quod de illis studeant pro posse illi quorum sunt
largiores eleemosynas erogare scolares etiam in
hujusmodi diebus possunt scribere in quaternulis
suis lectiones suas quas per ebdomadam audi
verunt **Quartum preceptum**

Quartum preceptum et primum de illis quepertinent ad proximum est honorare patrem tuum
et matrem tuam sicut in isto precepto directe precipitur quod parentes honorent. Et est intelligendum
non solum de honore reverencie sicut osculentur
eis manus vel genua flectantur coram eis et
similia / vino de honore subsidii et providencie
si quod provideat eis in necessariis secundum facultatem
vivendi quemque nomine etiam pris et matris intel
liguntur prelati ecclesie et magistri et domini tales igitur
omnibus est honor debitus impendendus seu exhibe
dus nomine etiam pris et matris intelliguntur / etiam
omnes proximi quibus si indigant sunt septem
opera misericordie exhibenda. Et notandum est quod opera
misericordie quedam sunt spiritualia et quedam
corporalia spiritualia sunt ista / consilere nescientes
corrige delinquentes / remittere nocentes / consolari
tristes / supportare importunos / orare persecutoribus
dum versus ¶ Consule / castiga / remitte / solare / feri
orra / Corporalia sunt ista pascere esurientes / potare
sitientes / vestire nudos / visitare infirmos / redi
mere captivos / colligere in hospicio / vagos / sepe
lire mortuos / ¶ dum versus / ¶ visito / poto / cibo /